Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31280
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



Salus autem mea in sempiternum erit. et iustitia mea
non deficiet. ℣ Me oportet minui illum autem crescere
quia prior me factus est. Cui non sum dignus
corrigere calceamenta solvere. ℣ Ego baptizo vos aqua. ille autem
baptizabit vos spiritu sancto. Cui. III Audite me
qui scitis iustitiam. populus legem meam in cordibus eorum. nolite timere
opprobria hominum. et blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum sic comedet eos tinea.
et sicut lanam sic devorabit eos tinea. Salus autem
mea in sempiternum erit. et iustitia mea. in generationes
generationum. ℣ Ecce iam venit plenitudo temporis in qua
misit deus filium suum in terra. natum de virgine. factum sub lege. ut eos
qui sub lege erant redimeret. ℣ Propter nimiam caritatem
suam qua dilexit nos deus. filium suum misit in similitudinem carnis
Consurge consurge induere ℣ Psalmi. ut eos.
fortitudinem brachium domini. Consurge sicut
in diebus antiquis. in generationibus seculorum. Nunquid tu
percussisti superbum vulnerasti draconem. Nunquid tu
siccasti mare aquam abyssi uberrimam. qui po
suisti profundum maris viam. ut transirent liberati.